DECRETA
CONGREGATIONVM GENERALIVM SOCIETATIS IESV.

Secunda editio.

ROMÆ,
In Collegio Romano eiuſdem Societatis.
Anno Domini . M. DC. XVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

ITARIA · SALAMANCA
BIBLIOTECA

Ordo Decretorum in m. ſ.

Celebrata fuit anno 1558: ut patet fol. 11 & fol. 25, in decreto 39.

Electus fuit in illa Generalis P. Iacobus Laynez in die Visit. B.V.

DECRETA

Primæ Congregationis generalis ante electionem.

I.

DIE XIX. Iunij prima Congregatio facta eſt, in qua id ſolum ſtatutum eſt, non eſſe alios expectandos præter Viceprouincialem Aragoniæ, qui vicinus erat: ſed inchoandam eſſe Congregationem, quæ legitima & plena futura erat, licet illi abeſſent, qui euocati iuxta Conſtitutiones fuerant: & quod petenda erat benedictio ſummi Pontificis, & ad id deſignatus eſt ipſe P. Vicarius, cum P. M. Alfonſo Salmerone: & eam obtinuerunt die ſequenti.

Dec. 1. Nõ expectati abſentes.

Tempore Pauli IV.

Benedictio Pont. petẽda.

II.

VIgeſimaprima Iunij, poſt dictam benedictionem ſummi Pontificis, omnibus congregatis P. Iacobus Laynez Vicarius Generalis narrauit quæ tranſacta fuerant poſt

Dec. 2. Vicarij oratio.